



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

XXXI. Vtrrùm etiam venialium peccatoru[m] integra fieri debeat Confessio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**

*Quid ergo factum opus est, si proprio Sa-  
cerdoti non tenemur eiusmodi  
scelus pandere?*

*Quaestio  
XXX.*

**C**onsultum fuerit Ordinarium cōuenire, ac facultatem ab eo impetrare, quò alteri sine periculo liceat confiteri; qua in re, si difficilis sit, & alium inuenire nequeat, si sine scandalo & periculo differre potest Cōfessionem, praestat totā prætermittere, quàm eam diuidere: Nam præceptum Quadragesimalis Confessionis, cum sit iuris positiui, cedere debet præcepto Diuino, de integra facienda Confessione.

*Responsio.*

Quòd si citra scandalum, vel periculū differre nequeat, poterit poenitens Sacerdoti proprio confiteri ea, quæ periculo vacant & scandalo. Ne igitur propter omissionē Confessionis, vel in articulo mortis, vel tempore Paschæ, habeatur hæreticus; licebit secare Confessionem, & prætermisso, quod infamiae, vel damni magni foret causa. Nam cum duo hîc aduertere liceat præcepta, vnū Diuinum tantum, nimirum in articulo mortis confiteri; alterum & Diuinum, & naturæ, videlicet seipsum nō diffamare, hoc præ illo obseruandum est.

*Quid de venialibus, num etiam eorum  
integra fieri debet Confessio?*

*Quaestio  
XXXI.*

QVI

Caput III. De Qualitate

*Responſio.* **Q**VI spontè vnam partem venialium peccatorum confitetur, & aliam omittit, nihil in eo sceleris admittit, nisi dubiam habuerit conscientiam, an mortalia sint; vel erroneam, verè putans esse mortalia; aut circumstantiæ alicuius causa veniale, factum sit mortale: Tum enim necessariò forent confitenda. Cum enim venialia nō sint huius Sacramenti necessaria materia, propterea in illis summam libertatem habet pœnitens, vt vel omnia, vel partem tantum confiteatur, idque vel vni, vel diuersis Sacerdotibus, vno eodemque tempore, vel etiam diuersis.

*Quæstio* **Si quis velit confiteri mortalia, quæ olim fuerit legitimè confessus, licetne eorum aliqua reticere?**  
**XXXII.**

*Responſio.* **Q**VI iterum mortalia confitetur, quæ olim ritè fuerat confessus, etsi confessionem diuidat, aliqua duntaxat confitens, Sacramentum itidem valet, nec vllum committit peccatum, modò sacerdoti non imponat, dicens ea tantum esse totius vitæ suæ peccata: Nam licet eiusmodi crimina semel per Confessionem explicata iterum possint esse Sacramenti Absolutionis materia; nunquam tamen sunt materia necessaria.

*Licetne:*